1081

ipsa Inscriptione Debitorea Terrestri Præmysliensi suo in tenore latiori ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscenti præstitam Satisfactionem, Summæq Suprascriptæ realem et effectivam persolutionem, quietat, emittit, dimittit, liberamq et absolutam perpetuo pronunciat Inscriptionem eandem debitoream, in toto et per omnia Cassat mortificat et annihilat sibi suisq posteris ratione præmissorum perpetuum imponendo silentium

Fredrowa Fredro maritum suum Quietat

1082 Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosa Sophia de Snopkow Generosi Alberti Snopkowski Vexilliferi Latyczoviensis filia, Generosi vero Stanislai Michaelis Fredro Subdapiferi Podoliæ Consors legitima, cum eiusdem suprascripti Generosi Vexilliferi Latyczoviensis Parentis sui authoritate et assistentia ac Mariti ad infrascripta recognoscenda Consensu, sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet seium successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq subjiciendo palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa suprascriptum Generosum Stanislaum Michaelem Fredro Subdapiferum Podoliæ Maritum suum et ipsi successores de summa Novem Millium ~~Septingentorum~~ ~~Florenorum~~ Polonicalium sibi Recognoscenti, per eundem suprascriptum Generosum Maritum suum Actis Terrestribus Præmysliensibus

Feria.

+

Feria Tertia post Festum Sanctæ Agnethis Virginis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octavo modo Reformatorio in medietate omnium bonorum suorum mobilium et immobilium inscripta, et ad solvendum assecurata, ob sufficientem et plenariam satisfactionem quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronunciat, Inscriptionem eandem cum ipsi omnes conditiones et ligamenta in toto et totaliter cassat mortificat et annihilat. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Turzanski et Brosniowski, Dubrawski Quietant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Nobiles Alexander Turzanski Stiborak et Stephanus Brosniowski 1085 sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi ambo insolidum, Generosum Samuelem Dubrawski ratione quarumvis iniuriarum et prætensionum ad quodvis Judicium et officium Regni institutis et intentatis tum de quibusvis protestationibus, relationibus et prætensionibus in universum omnibus, ad diem hodiernam